

### Secreta

Concéde nobis, quæsumus, Dómine, hæc digne frequentáre mystéria; quia, quóties huius hóstiæ commemorátio celebrátur, opus nostræ redemptiónis exercétur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

### Communio (Io. 6,57)

Qui mandúcat meam carnem, et bibit meum sánguinem, in me manet, et ego in eo, dicit Dóminus.

### Postcommunio

Tui nobis, quæsumus, Dómine, commúnio sacraménti, et purificatióem cónferat, et tríbuat unitátem. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

### Orazione sulle offerte

Concedici, o Signore, Te ne preghiamo, di frequentare degnamente questi misteri, perché quante volte si celebra la commemorazione di questo sacrificio, altrettante si compie l'opera della nostra redenzione. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

### Ant. alla Comunione

Chi mangia la mia carne e beve il mio sangue, rimane in me, ed io in lui, dice il Signore.

### Orazione

O Signore, te ne preghiamo, la partecipazione del tuo sacramento serva a purificarci e a creare in noi un'unione perfetta. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.



## DOMINICA IX POST PENTECOSTEN

### Introitus (Ps. 53,6-7)

Ecce, Deus, ádiuvat me, et Dóminus suscéptor est ánimæ meæ: avérte mala inimícis meis, et in veritáte tua dispérde illos, protéctor meus, Dómine. Ps. 53,3. Deus, in nómine tuo salvum me fac: et in virtúte tua libera me. V. Glória Patri...

### Oratio

Páteant áures misericórdiæ tuæ, Dómine, précibus supplicántium: et ut peténtibus desideráta concédas; fac eos, quæ tibi sunt plácita, postuláre. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

### Introito

Ecco, Iddio mi aiuta, e il Signore è il sostegno dell'anima mia: ritorci il male contro i miei nemici, e disperdili nella tua verità, o Signore, mio protettore. Sal. O Dio, salvami nel tuo nome: e liberami per la tua potenza. V. Gloria al Padre...

### Orazione

Porgi pietoso orecchio, o Signore, alle preghiere di chi ti supplica, e, al fine di poter concedere loro quanto desiderano, fa che ti chiedano quanto ti piace. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

## Lectio Epistolae B. Pauli Ap. ad Corinthios I 10, 6-13

Fratres: Non simus concupiscētes malōrum, sicut et illi concupiērunt. Neque idolōlatræ efficiāmini, sicut quidam ex ipsis: quemādmōdum scriptum est: Sedit pōpulus manducāre et bībere, et surrexērunt lūdere. Neque fornicēmur, sicut quidam ex ipsis fornicāti sunt et cecidērunt una die vigīnti tria mīllia. Neque tentēmus Christum, sicut quidam eōrum tentavērunt, et a serpētibz perierunt. Neque murmuravēritis, sicut quidam eōrum murmuravērunt et perierunt ab exterminatōre. Hæc autem omnia in figurā contingēbant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sæculōrum devenērunt. Itaque, qui se existimat stare, videat ne cadat. Tentatio vos non apprehēdat, nisi humana: fidēlis autem Deus est, qui non parietur vos tentari supra id quod potēstis, sed faciet etiam cum tentatione provēntum, ut possitis sustinere.

## Graduale (Ps. 8,2)

Dōmine, Dōminus noster, quam admirābile est nomen tuum in univērsa terra. V̄. Quōniam elevāta est magnificētia tua super cælos.

## Dalla prima Lettera di San Paolo Apostolo ai Corinzi

Fratelli, non bramiamo le cose cattive che quelli desiderarono. Né siate idolatri, come alcuni di loro, dei quali è stato scritto: Il popolo sedette per mangiare e bere, e si alzò per darsi ai divertimenti. Non abbandoniamoci all'impudicizia, come fecero alcuni di loro, così che nello stesso giorno ne caddero ventitremila. Non tentiamo il Cristo, come alcuni di loro lo tentarono, e perirono per mezzo dei serpenti. Non mormorate, come mormorarono alcuni di essi, e perirono per mezzo dello sterminatore. Tutte queste cose accaddero loro per servire da esempio, e sono state scritte per mettere in guardia noi, che siamo venuti alla fine dei tempi. Così, chi pensa di star dritto, veda di non cadere. Non vi è mai sopraggiunta alcuna tentazione maggiore delle vostre forze: Dio è fedele, e non vorrà che voi siate tentati al di sopra delle vostre forze, ma, insieme alla tentazione, darà il mezzo perché possiate vincerla.

## Graduale

O Signore, Signore nostro, quanto è ammirabile il tuo nome su tutta la terra. V̄. Poiché la tua magnificenza sorpassa i cieli.

## Allelúia (Ps. 58,2)

Allelúia, allelúia. Éripe me de inimicis meis, Deus meus: et ab insurgētibz in me libera me. Allelúia.

## Sequētia Sancti Evangēlii secundum Lucam 19,41-47

In illo tempore: Cum appropinquāret Iesus Ierusalem, vīdens civitatem, flevit super illam, dicens: Quia si cognovisses et tu, et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te: et circumdabunt te inimici tui vallo, et circumdabunt te: et coangustabunt te undique: et ad terram prosternent te, et filios tuos, qui in te sunt, et non relinquent in te lapidem super lapidem: eo quod non cognoveris tempus visitationis tuæ. Et ingressus in templum, coepit eicere vendentes in illo, et ementes, dicens illis: Scriptum est: Quia domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat docens cotidie in templo.

## Offertorium (Ps. 18,10-12)

Iustitiæ Dōmini rectæ, lætificantes corda, et iudicia eius dulciōra super mel et favum: nam et servus tuus custodit ea.

## Alleluia

Alleluia, alleluia. Allontanami dai miei nemici, o mio Dio: e liberami da coloro che insorgono contro di me. Alleluia.

## Dal Vangelo secondo Luca

In quel tempo, essendo Gesù giunto vicino a Gerusalemme, scorrendo la città, pianse su di essa, dicendo: Oh! se in questo giorno avessi conosciuto anche tu quello che occorreva per la tua pace! Ma tutto ciò è ormai nascosto ai tuoi occhi. Perciò per te verranno giorni in cui i tuoi nemici ti circondaeranno con trincee, ti assedieranno e ti stringeranno da ogni parte; e getteranno a terra te e i tuoi figli che abitano in te, e non lasceranno in te pietra su pietra, poiché non hai conosciuto il tempo in cui sei stata visitata. Ed entrato nel tempio, si mise a scacciare quelli che vendevano, dicendo loro: Sta scritto: La mia casa è casa di preghiera. Voi invece ne avete fatta una spelunca di ladri. E ogni giorno insegnava nel tempio.

## Offertorio

La legge del Signore è retta e rallegra i cuori, i suoi giudizi sono più dolci del miele e del favo: e il tuo servo li custodisce.